



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quando quis advertit aquam, vel acetum consecrasse parag. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

progradiendum. De Gracis aquam  
calidam post consecrationem mis-  
centibus vide Henríguez.

## §. IV.

*Quando quis advertit se aquam vel ac-  
etum consecrasse.*

**D**Ocet ibidem si ve ante, si ve  
post consecrationem id ad-  
vertatur, debere Sacerdotem ea  
mittere in Piscinam, seu sacrarium,  
& imponere vinum, cum aqua, il-  
ludque consecrare.

Et Divus Thomas quidem do-  
cet quando Sacerdos advertit post  
ejusdem Calicis consumptionem  
puram aquam (idem de aceto fuit  
se consecratam, eum debere con-  
secrare etiam novam Hostiam una  
cum Calice, & eodem modo Sa-  
crum perficere, ac si nullam antea  
materiam consecrasset, vel sump-

Ff 6

sisset.

a Henriq. de Euchar. l. 8. c. 12. §. 4.  
dist. 8.

psisset, incipiendo ab illis verbis,  
*Qui pridie quam pateretur*, aut sal-  
 tem à forma consecrationis corpo-  
 ris.

2 Scotus *a* vero, & Navarrus *b*  
 docent, etiam in hoc casu sufficere  
 consecrare Calicem mistum aqua,  
 & vino, & statim sumere, reliquis  
 omnibus omissis, quæ ante sum-  
 ptionem fieri solent, quod ita fieri  
 potest, ut nemo circumstantium  
 advertat. Ut si celebrans quasi ac-  
 cepturus ablutionem accedat ad  
 cornu Altaris, & Calici imponat  
 vinum, & paulum aquæ, & diffi-  
 mulanter consecret, ac statim su-  
 mat, & postea sumat ablutionem.

3 Utraque sententia est proba-  
 bilis, & in praxi excipi utraque tu-  
 to potest. Nam propterea Rubri-  
 cæ *c* Missalis Pii V. priorem se-  
 quuntur; Missalis *d* Clementis 8.  
 addunt,

*a* Scotus in 4. dist 8. q. 2. *b* Nav. art  
 c. 25 n. 91. *c* Rubr. Miss Pii V de defect  
 vini n. 3. *d* Rubr. Miss. Clem. 8. de de-  
 fect. vini n. 5.

addunt, & posteriorem, quæ certè præsertim in præsentia populi, expeditior est, & consulenda.

4 Illud adverte Primo, Sacerdotem si talem defectum agnovit, dum habet in ore illam aquam, seu acetum, non debere ea proiicere, quia esset irreverentia, & forte periculum eiiciendi aliquod fragmentum assumptæ Hostiæ. Deglutiat igitur, & posito vino, consecret, ut dictum est, sumatque, nihil curans, quod per illam aquam jejunium naturale fregerit, quia sic Sacramenti reverentia tunc exposcit.

5 Secundo. Si quis, vel propter ignorantiam, vel propter animi turbationem, quæ in his casibus etiam solertissimo accidere solet, rite non supplevisset, talem defectum, nullo modo debet iterum consecrare post absolutum sacrum, quia tunc in re tam gravi non iudicaretur esse idem, sed distinctum sacrificium.

*Quid si dubitetur de Aceto, vel non  
inveniatur vinum.*

**S**I advertat, sed sub dubio Sa-  
cerdos id, quod posuit in Ca-  
lice, fuisse acetum, idque post sum-  
ptionem Calicis, sibi persuadeat  
fuisse vinum, quia possidet substan-  
tia Vini, & pro ipso in dubio est pra-  
sumendum. Idem puto, si in dubiū  
incidat post Consecrationem, ne  
sine certo fundamento turbetur  
Sacrificium ejusque ordo, & ex al-  
lia parte pariter tunc possidet sub-  
stantia vini. At si dubites ante  
Consecrationem, vel deponere de-  
bes dubium, vel mutare vinum, ne  
exponas te periculo non consecra-  
di: quæ omnia diximus in Opuscu-  
lo Expedite Communionis cap. 1.  
§. 8. num. 34.

7 Quod si non possit inveniri,  
vel certe difficillime, vel cum no-  
tabili populi offensione vinum: si  
non est inceptus Canon, & tutius,

si non  
fistas  
vinum  
tem il  
sumpt  
nis, v  
donec  
3. n. 2  
acetur  
fumer  
mus si

Quid  
tat

D  
Thom  
jam d  
an. 2  
2.  
ro, qu  
force

si non est incepta Consecratio, desistas; si est incepta, præsumas esse vinum, & progreditor. Acerum autem illud vel sumat Sacerdos post sumptionem Corporis, & Sanguinis, vel alicubi reverenter servet, donec siccetur modo supradicto §. 3. n. 2. in simili. Immo si est certo acerum poterit alteri cuicumque sumendum tradi, ut in simili diximus sup. c. 7. §. 5. n. 3.

## §. VI.

*Quid fiet, si quid inadvertenter omittat celebrans. Et quid, si Hostia frangi non possit?*

**D**E priore, quod in hoc Titulo proponimus, docet quinto S. Thomas ea, quæ per occasionem jam dicta à nobis sunt supra c. 5. §. 2. n. 23.

2. De posteriore ergo docet Sexto, quod quando Hostia, quia prius forte cecidit in Calicem, non potest propter